


a. testudo arietaria b. turricula c. scorpiões Intus autẽ in supremo tabulato sũt catapultę ĩ iferioribus uero aquæ magna copia

De terebra has explicuit scriptis rationes, Ipsã machinã uti testudinẽ in medio habentem collocatum in orthostotis canalem faciebat, quẽadmodũ in catapultis aut balistis fieri solet, longitudine cubitorũ .l. altitudine cubiti, in quo cõstituebatur trãsuersa sucula. In capite aũt dextra ac sinistra trocleæ duæ per quas mouebatur qđ inerat in eo canali capite ferrato tignum, sub eo aũt ipso canali inclusi tuti crebriter celeriores & uehementiores efficiebãt eius motus. Supra aũt id tignum qđ inibi erat, arcus agebantur ad tegendum canalẽ, uti sustinerẽt corium crudum, quo ea machina erat inuoluta. De corace nihil putauit scribendum ꝙ animaduerteret eã machinã nullã habere uirtutẽ. De accessu, qui ἐπιβαθρα græce dicitur, & de marinis machinatiõibus, quæ ꝑ nauim aditus hẽre possent, scribere se tantũ pollicitũ eẽ uehemẽter animaduerti, neq; rõnes earũ eũ explicuisse.